Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dominus et intellectus. ℣. Fructauit cor.
℟. Dedit illi dominus claritatem eternam et no
mine eterno hereditauit illum. ℣. Omes gen
tes. ℣. In omne terram exiuit sonus eorum et in fines.

CUM ESSET LECTIO PRIMA.
beatus IOHANNES annorum nonaginta septem apparuit ei dominus ihesus xpus cum discipulis suis. et dixit ei. Veni ad me quia tempus est ut epularis in conuiuio meo cum fratribus meis. Tu autem.

℟. VALDE HONORANDUS est beatus Iohannes qui super pectus domini in cena recubuit cui xpus meriuit matrem uirginem uirgini commendabat.
℣. Mulier ecce filius tuus ad discipulum autem ecce mater tua. Cui xpus.

SURGENS autem iohannes. cepit ire. Sed dominus dixit ei. Dominica resurrectionis mihi die que post quinque dies futura est. ita uenies ad me. Et cum hec dixisset. celo receptus est.

℟. In illo die suscipiam te seruum meum et ponam te sicut signaculum in conspectu meo quoniam ego elegi te dicit dominus.
℣. In tribulatione inuocasti me et eripiam te et liberabo te. Quoniam ego.

VENIENTE itaque die dominica conuenit uniuersa multitudo in ecclesiam que in eius fuerat nomine fabricata. et a primo pullorum cantu agens mysteria di. omnem ppli usque in horam diei tertiam allocutus est.

℟. Qui uicerit faciam illum columpnam in templo meo dicit dominus et scribam super eum nomen meum et nomen ciuitatis noue ierusalem. ℣. Vincenti dabo edere de ligno uite quod est in paradiso dei mei. Ysebam.

ET cum complesset orationem petiuit sibi dari panem. respexit in celum. et benedixit eum. et fractum eroga uit omnibus dicens. Pax mea sit uobiscum. et uestra mecum. Continuoque ad byrrum aut hoc nomen uiro erat. ut assumptis duobus fratribus cum duobus cophinis et ferramentis sequeretur apostolum scm. ℟. Conuersus iam ad xpm uidens plurimos felix iohannes ordinauit clericos. ad tractanda mysteria idoneos. ℣. Cuius interuentu a sordibus xpe nos emunda et electos tibi sacerdotes prepara. ad tractanda. Qui pat. et filio. et spiritu sco. ad.
℟. Tues discipulus meus mihi IN. II. N.
complacuit anime meae dicit dominus.
℣. Exaudi ds. deprecat. ℟. Ponam te signaculum dicit dominus in conspectu meo semper quoniam elegi te. ℣. Exaudi ds. oratione. ℟. Dixit dominus matri suae mulier ecce filius tuus. ad discipulum autem ecce mater tua a e u i a. ℣. Te decet. ℟. Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moreretur et non dixit ihs quia non moritur sed sic eum uolo manere donec ueniam. ℣. Confitebimur.
℟. Iste est iohannes cui xpus in cruce matrem uirginem uirgini commendabat. ℣. Dns regnauit exultet tra. ℟. Cum reuerteretur.